Sammlung
ungedrukter
Urkunden
und anderer
zur Erläuterung
der
Niedersächsischen
Geschichte und Alterthümer
gehöriger
Nachrichten.

Erstes Stück.



Göttingen,
in der Königl. Universitäts-Buchhandlung 1749.



Vorrede.

Nichts wäre leichter, als gegenwärtig solche Säze vorzutragen, welche die Gewohnheit zum Inhalt der mehresten Vorreden gemachet. Nichts wäre überflüßiger, nichts ohnnöhtiger. Ich werde daher keinen weitläuftigen Vor-

redner dieser Blätter abgeben, denn ich verlange mich nicht zu rechtfertigen. Die freiheitliebenden Zeiten worin wir jetzo leben, überheben mich dieser Mühe, und ich bin überzeuget, dem geneigten Leser werde wenig daran gelegen seyn, wenn ich die Ursachen entdecke, so die vorhabende Arbeit veranlasset, und warum ich diese, vor vielen Jahren zu meinem besondern Gebrauch gesammlete, und grössten Theils aus dem Original genommene Urkunden, nunmehro durch den Druck gemein mache. Eben so wenig wird derselbe von mir fordern, den Nutzen, welchen dergleichen Sammlungen ungedruckter Urkunden und Nach-

richten

richten schaffen können, weitläuftig anzuzeigen. Viele berühmte Gelehrte haben solches bereits gründlich dargethan, und überdem muß eine tägliche Erfahrung hierunter zum Beweise dienen.

Ich könte also die folgenden Blätter ohne alle Vorrede in die Welt schicken, wenn ich mich nicht verbunden zu seyn erachtete, von der Einrichtung derselben, und ihrer Absicht, einige Nachricht zu geben.

Ich bin vornemlich den Monumentis Bremens. des Herrn Vogt gefolget, und also werden bald ungedruckte Diplo-

mata und Chronicken, bald historische Abhandlungen ans Licht treten. Doch will ich mir die Schranken nicht gar zu enge bestimmen, und ob gleich gegenwärtige Bogen eigentlich die Niedersächsische Geschichte und Alterthümer, zum Vorwurf haben; So werde ich doch kein Bedenken finden, auch solchen Nachrichten alhier einen Platz zu gönnen, welche andere benachbarte Provinzen, angehen. Selbst juristische Ausführungen, wenn sie zur Erläuterung der Geschichte etwas beitragen, sind hier nicht ausgeschlossen.

Solte übrigens die bey dieser Arbeit angewante Bemühung, einigen Beyfall

fin=

finden; So werde ich nicht ermangeln, so viel meine anderen Geschäfte solches zulassen, die Fortsetzung zu beschleunigen, auch mit Vergnügen von demjenigen Gebrauch zu machen, was einem oder andern Liebhaber der deutschen Alterthümer, zur Vermehrung dieser Blätter beyzutragen, und dem Herrn Verleger zuzusenden, gefällig seyn mögte. Geschrieben am 26ten Tage des Monats August, im Jahr


1749.



Inhalt
des ersten Stücks.

I.

Einige
zu der
Geschichte des Stifts Verden
gehörige
Urkunden.



Vorbericht.

Der Pastor Vogt beym Dohm zu Bremen, hat in seinen Monumentis ineditis p. 238. über die Seltenheit alter Verdischer Nachrichten, geklaget, auch nachher, dem 4ten Stücke gedachter Monument. p. 368. ein Directorium über alle gedruckte Verdische Urkunden, einverleibet. Da ich nun unter solchen folgende XV. nicht angetroffen; So habe gegläubet, daß es nicht ohne Nutzen seyn würde, selbigen alhier einen Platz zu geben.

Es sind:

I. GHERARDI *Verdensis* Episcopi Charta, qua confert ecclesiae in *Ebbekestorpe*

ſtorpe proprietatem decimae in *Marcolviſſen*. an. 1259.

Ebbekeſtorpe oder Ebſtorf, wie es jetzo heiſſet, iſt ein adliches Jungfrauen-Kloſter im Lüneburgiſchen, und kan davon Pfeffingers Braunſchw. Lüneburgiſche Hiſtorie im 2ten Theil S. 10 ꝛc. nachgeſehen werden.

II. Idem *Gerhardus Verdenſis* Epiſcopus confert Praepoſito & eccleſiae in *Ebbekeſtorpe*, proprietatem Advocatiae in bonis eccleſiae in *Ebbekeſtorpe*, curiae *Meletſinge*, curiae in *Otenthorpe* & decimae ipſius villae ac villae in *Tedenthorpe*. an. 1259.

III. GHERARDI Epiſcopi *Verdenſis* Charta qua Coenobio in *Lune* proprietatem Aduocatiae vnius domus in villa *Rothe* donat quam *Heinricus* dictus *Olla* reſignauerat. an. 1264.

Von dieſem Lüneburgiſchen Kloſter Lüne, findet man ebenfals Nachricht, beym Pfeffinger im 2ten Th. S. 625. ꝛc.

IV. GERARDI Epiſcopi *Verdenſis* Charta, qua confert Eccleſiae in *Ebbekeſtorpe* proprietatem decimae in *Bavene*. an. 1264.

V. OT-

V. OTTO Dux de *Brunswich* & *Luneburg* a Praeposito & Capitulo ecclesiae *Raceburg*. resignatam recipit villam *Bardenthorpe*, eisque permutationis titulo restituit tres choros salis in Salina *Luneborch* in domo *Honginche*, supradictam autem villam cum consensu CONRADI Episcopi *Verdensis* patrui sui, vendit conuentui sanctimonialium in *Lune Verdensis* Diocesis. An. 1291.

Dieser Herzog Otto, Strenuus genant, war Herzogs Johann von Lüneburg Sohn, und ist es also besonders, daß Henricus Leo in dieser Urkunde Ottonis Tritauus genant wird, da er eigentlich dessen Abauus war.

VI. *Fridericus* & *Waltherus* Nobiles de *Dorstad* resignant CONRADO Verdens. Episcopo decimam super quinque mansos & dimidium, & advocatiam vnius viri in villa *Gravenstede* ad manus Coenobii in *Isenhagen*, An. 1291.

Von dem Kloster Isenhagen, so gleichfals im Herzogthum Lüneburg belegen, siehe *Leukfelds* Antiquit. Poeldens. c. 18. & Antiq.

Winhus. §. 5. und Pfeffingers Historie im 1sten Theil.

VII. CONRADVS Episcopus *Verdensis* proprietatem vnius mansi in *Eppenboistolde* & areae in *Visselhovede*, ecclesiae in *Visselhovede*, confert. An. 1291.

VIII. FRIDERICVS ecclesiae *Verdens.* Episcopus, *Florentius* Praepositus, Decanus & Capitulum dictae ecclesiae, villam *Meltsinche* ab *Alberto* Praeposito in *Ebbekestorpe* emtam, sub ecclesiasticam recipiunt protectionem. An. 1301.

IX. ALBERTVS Canonicus *Verdensis* & Archidiaconus in *Schesse*, cedit *Nicolao* Praeposito in *Ebbekestorpe* actionem contra debitores dicti monasterii. A. 1315.

X. NICOLAI Episcopi *Verdensis* consensus super venditione vnius chorus salis in Salina *Luneborch* in domo *Strathusen*. An. 1327.

XI. Fra-

XI. Fratres de *Thune* resignant Episcopo, Decano & Capitulo *Verdens.* decimam in *Otzendorpe*, quam vendiderunt *Ludolfo* Praeposito in *Medinge*. 1332.


Von diesem in Lüneburgischen belegenen Kloster, handelt Pfeffinger im 1sten und 2ten Theil seiner Braunschw. Lüneb. Historie.

XII. HEINRICI Episcopi *Verdensis* Charta, qua adpropriat Monasterio in *Ebbekestorpe*, decimas maiores & minutas, villarum *Groten Sustede*, *Arendorpe*, & *Veylinge*. An. 1380.

XIII. CONRADS Bischofs zu *Verden* Brief, worin derselbe bezeuget, dass *Beke Schutten* sich aller Ansprache an das Kloster zu *Lune*, in Ansehung des Guts zu *Elringen* begeben, ausser dass sie sich Zeit Lebens iährlich 2 Wichhimpen Rocken aus der Kloster Mühle in *Luneburg*, vorbehalten. 1403.

XIV. *Johann von Honhorst* überläſſet dem Biſchofe zu VERDEN, *Heinrich Edlen von der* HOYE, anderthalb Höfe zu *Alſtorpe*, ein Haus zu *Sprengele*, den kleinen Zehnten zu *Gilmerdingen*, zu *Brunſingen* und zu *Delmeſen*, vor 81. mark Lubſcher Pfenninge. 1415.

XV. OTTONIS Decani, & Capituli *Verdenſis* Adprobatio teſtamenti *Harbordi de Mandelslo* Praepoſiti *Verdenſis*. An. 1472.



I. *Gher-*

☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆ ☆

I.

GHERHARDI *Verdensis* Episcopi Charta, qua confert ecclesiae in *Ebbekestorpe* proprietatem decimae in *Marcoluissen.* An. 1259.

GHERARDUS Dei gratia *Verdensis* Ecclesie Episcopus, omnibus hanc literam inspecturis, salutem in Domino. Notum esse cupimus & presentibus protestamur, quod nos proprietatem decime in *Marcolvissen* vacantem nobis de morte Dni *Thiderici* militis dicti *de Wort* qui eam de nobis tenuerat in pheodo, consensu Capituli nostri libere contulimus ecclesie in *Ebbekestorpe* perpetue possidendam. Datum *Rodenborg* in conversione *Pauli* anno Dni MCC LVIIII. pontif. nostri an. VIto.

II.

GERHARDVS Episcopus *Verdensis* confert Praeposito & Ecclesiae in *Ebbekesthorpe* proprietatem aduocatiae in bonis ecclesiae *in Ebbekesthorpe*, curiae *Meletsinge* & *Otenthorpe* & decimae ipsius villae ac decimae in *Tedenthorpe*.

A. 1259.

GERHARDUS D. G. *Verdensis* Episcopus omnibus has literas inspecturis salutem in Domino. Cum ea que geruntur in tempore mutabilitatem temporum imitentur discretio est adhibenda & cautela, ut hoc quod pium & memoria dignum agitur oblivionis jactura preclusa, occurrat notitie futurorum. Notum igitur esse cupimus & presentibus protestamur, quod nos de consensu capituli nostri, proprietatem bonorum subscriptorum, videlicet advocatie in bonis ecclesie in *Ebbekesthorpe* & curie *Meletsinge* & curie in *Otenthorpe* & decime ipsius ville ac decime in *Tedenthorpe*, que bona *Prepositus & predicta Ecclesia in Ebbekesthorpe* emerint a *Dno Alverico & fratribus suis*,

ſuis, *filiis Dni. Hermanni Cluving* pro centum ſeptuaginta marcis Bremenſis argenti poſt liberam reſignationem tam fratrum predictorum *Cluvingorum*, quam etiam Dn. *Hermanni Scukken* qui ipſa bona a nobis, & ex conſequenti predicti fratris ab ipſo *Hermanno* tenebant in pheodo bonorum eorundem in manus noſtras liberaliter eccleſie contulimus prenotate perpetuo poſſidendam. Ad amputandam autem omnem ſuper hoc facto dubietatem, occaſione cujus predictam forte gratiam vel impedire poſſet Eccleſia, in perpetue firmitatis indicium, preſentem paginam ſuper hoc conſcribi & tam noſtro, quam Capituli noſtri ſigillis eam fecimus communiri. Teſtes autem qui interfuerunt hi ſunt. *Heinricus* Cellarius, *Alvericus de Bederkesha*, *Ludolfus* de *Weye*, *Henricus* de *Holtesmunde*, *Florentinus* Theſaurarius Canonici maioris eccleſie, & milites *Henricus* de *Etſene*, *Friedericus* de *Grimmenberge*, *Heinricus* de *Brochuſen Johannes* de *Graſle*, *Johannes de Moule*; ſervi *Hermannus* de *Etſene*, *Rotherus* de *Etſene*, *Nycholaus* & *Gerlagus* de *Botelo*, *Johannes Selecop*, & alii quam plures. Datum *Verde* anno Dni. M. CC. LVIIII. Pontificatus noſtri anno 7. 5. Non. Maj.

III. *Gher-*

III.

GHERHARDI Episcopi *Verdensis* Charta qua donat Coenobio in *Lune* proprietatem aduocatiae vnius domus in villa *Rothe*, quam *Heinricus* dictus *Olla* resignauerat. An. 1262.

GHERARDUS D. G. *Verdensis* Ecclesie Episcopus, omnibus presentes litteras visuris, salutem & Paternam in Domino Karitatem. Noverint universi, presentes ac posteri, quod famulus quidam *Heinricus* nomine, dictus *Olla* advocatiam unius domus site in villa *Rothe*, que adjacet Cenobio *Lune*, quam a Nobis tenebat, in manus nostras resignavit, cujus proprietam ad instantiam Domini *Werneri* ejusdem loci Prepositi ad Prebendam Dominarum ibidem famulantium, augmentandam, contulimus eidem Cenobio, de communi consensu Capituli Nostri, quiete & pacifice perhenniter possidendam. Cum igitur ea que in tempore aguntur, ne cum tempore labantur, necessario manu scriptis roborentur, ad evidentiam & confirmationem hujus nostre donationis ne inposterum aliquis scrupulus dubietatis suboriri valeat, presentes litteras conscribi fecimus, & tam Nostri, quam & predicti Capituli nostri sigillorum munimine roborari. Acta sunt in *Luneborg*, presen-

ſentibus *Johanne de Moule Heinrico de Holtesminne*, ecclesie noſtre Canonico, *Heinrico* & *Heinrico* in *Modeſthorpe* & *Solſenshuſen* Plebanis, *Arnoldo* Plebano in *Tözſtede*, & Miniſterialibus ecclesie Noſtre *Johanne de Moule* & *Tiderico de Wittenloge*, Militibus, *Wernero Urſo*, *Segebando* de *Rethem*, *Eylberto* de *Worth*, Famulis. Anno Domini M. CC. LXII.

IV.

GERARDI Epiſcopi *Verdenſis* Charta, qua confert Eccleſiae in *Ebbekeſtorpe* proprietatem decimae in *Bavene*. A. 1264.

GERARDUS D. G. *Verdenſis* Eccleſie Epiſcopus, omnibus hanc litteram inſpecturis, ſalutem in Domino. Notum eſſe cupimus & preſentibus proteſtamur, quod Nos proprietatem decime in *Bavene*, quam comparavit *Johannes* Prepoſitus in *Ebbekeſtorpe* a Domino *Alverico Cluvingo*, & fratribus ſuis, qui eam a nobis tenuerant in pheodo, de conſenſu Capituli noſtri, libere contulimus Eccleſie in *Ebbekeſtorpe* perpetuo poſſidendam. Hy igitur ſunt teſtes: *Gerardus* Decanus, *Henricus* Canonicus in *Verda de Holdesminde*, *Wernerus* Prepoſitus, *Chriſtianus* Capellanus Domini Epiſcopi, *Johannes de Graſle*, & alii quam plures

plures. Acta ſunt hec in *Verda*, proxima dominica poſt octavam *Epyphanie*, anno dominice incarnationis M. CC. LXIIII. XVI. Kal. Februarii, Anno Pontificatus noſtri XIII.

V.

OTTO Dux de *Brunſwich* & *Luneburg* a Praepoſito & Capitulo Eccleſiae *Raceburg.* reſignatam recipit Villam *Bardenthorpe*, eisque permutationis titulo reſtituit tres choros ſalis in Salina *Luneborch* in domo *Hoginche*, ſupradictam autem villam cum conſenſu CONRADI *Verdenſis* Epiſcopi patrui ſui vendit conventui ſanctimonialium in *Lune Verdenſis* dioceſis an. 1291.

D. G. Nos OTTHO Dux de *Brunſwig* & *Luneburg* omnibus preſens ſcriptum viſuris, ſalutem in Domino. Quoniam ea que aguntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, dignum eſt, ut ſtilo perpetue memorie commendentur. Notum igitur eſſe volumus preſentium inſpectoribus univerſis

versis, quod cum *Raceburgensis* Ecclesia villam *Bardenthorpe*, cum silvis & pertinentiis suis, ex dono Domini *Henrici*, quondam *Saxonie*, *Bawarie* & *Brunswicensis* Ducis, Illustris Principis tritavi nostri in proprietatem perpetuam multis temporibus possedisset, & quia procul distabat, ab eis fructum modicum consequi valuisset, placuit tam ei, quam Nobis, dicta bona ad Nos recipere, & utiliora & fructuosiora conferre. Hinc est, quod Nos, post resignationem dictorum bonorum, a Preposito & Capitulo ejusdem Ecclesie Nobis factam, ea ad Nos recepimus, & tres Choros salis, quos in Salina *Luneborch*, in domo *Hoginche* dicta possedimus, eis restituimus, contulimus in proprietatem perpetuam, cum ea libertate, qua Nos possedimus, permutationis titulo possidendos. Nos etiam presentibus literis profitemur, volentes Nostrum rationabile factum ad notitiam tam presentium quam futurorum pervenire, quod Nos habito consilio & consensu Venerabilis Patrui Nostri CONRADI *Verdensis* Episcopi, supra dictam villam *Bardenthorpe*, postquam ad Nos taliter extitit devoluta, cum omnibus pertinentiis, Juribus, nemoribus, silvis, pratis, paschuis, terris cultis & incultis, agris & possessionibus exemptam ab omni Advocatia, exactionibus, angariis & parangariis (*) Honorabili Viro,

(*) Zur Erläuterung dieser Stelle kan der Bestätigungs-Brief dienen, welcher von den beyden Gebrüdern Herzog Otto und Ernst de dato Zcelle, upp Mandag

ro, Dn. *Christiano* Preposito, *Ulgardi* Priorisse, totique Conventui Sanctimonialium in *Lune*, ordinis B. *Benedicti Verdensis* diocesis, pro quadringentis marcis *Hamburgensium* denariorum, vendidimus, causa utilitatis nostre ea libertate, & eo jure, quo Tritavus Noster memoratus, & prefata Ecclesia *Raceburgensis*, habuit & possedit multis annis, proprietatis titulo libere in perpetuum possidendam, Nobis, heredibus, Nostrisque successoribus, in ea nichil juris penitus reservantes. Preterea Nos, & Consiliarii Nostri, *Henricus* de *Wrestede*, *Eckehardus* de *Boyceneburch*, *Theodericus* de *Alten*, *Theodoricus* de *Monte*, *Gevehardus* de *Monte*, *Manegoldus Struve*, *Henricus* de *Monte*, *Henricus* de *Danneberge*, & *Asquinus* de *Saldere* mili-

dag nach Epiphanie Domini, anno incarnationis Millesimo quingentesimo vicesimo quinto dem Kloster Lüne ertheilet worden. Es lautet diese Stelle darin also: dath genantte Dorpp *Bardendorpp*, alse dath ghanzlyck ahn syner Gnade (Ottonis Strenui) Hande komen und erwassen was, mytt aller syner Thobehorynghe, Gherechticheyden, wolden, Feltten, Wysken, Weyden, Ackern und Lande, gewunnen und ungewunnen, ock mytt de Husern und Buweten, frye van aller Vogdie, Schattynge, Hand-Densten und andern Densten, Hern *Christiano*, ettwan Prowste, *Ulghardi* Prioryssen und dem ghanzen Conventte der gheystlyken Jungfrawen the *Lunbe*, und ohren Nakomen vor vehr hundert marck Pennynge Hamborgher werynghe, umb syner Gnade Nodtt und Nutt wyllen vorkefft.

milites, in manus Prepositi antedicti, fidem dedimus manualem, pro Nobis & heredibus Nostris, nunc viventibus & futuris, quod contra dictum contractum, nunquam per Nos, vel per alios directe vel indirecte, veniemus, & quod dictam Ecclesiam warandabimus, contra omnem hominem de premissis. Hujus contractus testes sunt milites jam premissi. Et in hujus rei evidens testimonium, presens scriptum sigilli Nostri munimine duximus roborandum. Nos similiter D. G. CONRADVS *Verdensis* Ecclesie Episcopus, consensum Nostrum adhibuimus ad premissa, contractui etiam interfuimus, quod per sigillum nostrum presentibus appositum profitemur. Datum *Luneborch* anno Incarnationis Domini M. CC. XCI. in die B. *Blasii* Episcopi & Martiris.

VI.

Fridericus & *Waltherus* nobiles de *Dorstad* resignant CONRADO *Verdensi* Episcopo decimam super quinqe mansos & dimidium & aduocatiam vnius viri in villa *Grauenstede*, ad manus Coenobii in *Ysenhagen*. an. 1291.

F*retbericus* & *Waltberus* nobiles dicti de DOR-

DORSTAD (*) omnibus presens scriptum legentibus & intelligentibus, in Dei & hominis filio firmam & stabilem salutem. Quoniam per elapsum temporis transeunt & labuntur, ea que sunt & fuerunt ita plane, ut etiam a memoria hominum evanescant, opus est, ut rei poscit utilitas notoria permanere ad notitiam successorum, litterarum traditione annotari. Inde est, quod scire volumus universos, quod Venerabili Domino CONRADO VERDENSIS Ecclesie Episcopo & ejusdem Ecclesie Capitulo, ad manus Cenobii in *Ysenhagen* libere resignavimus, decimam super quinque mansos & dimidium, & advocatiam unius viri qui dare tenetur, cum omni libertate & jure, chorum siliginis, & dimidium annuatim, in villa, que dicitur *Gravenstede*. Quod factum, ut notum & ratum maneat & ne per injustam violentiam ab aliquo heredum nostrorum infringatur, nostrarum attestatione literarum, & sigillorum nostrorum confirmatione fecimus roborari. Datum anno Dni M°. CCLXXXXI. in Castro *Lutthere*, intra octavas Pentecostes.

VII.

(*) Von den Edlen Herrn von Dorstadt findet man einige Nachricht, in Hamelmanni Lib. I. de familiis emortuis in operibus p. 676.

VII.

CONRADVS *Verdensis* episcopus proprietatem vnius mansi in *Eppenborstolde* & vnam aream in *Visselhovede*, quas *Hermannus* de *Vesede* vendiderat Ecclesiae in *Visselhovede*, dictae ecclesiae confert. an. 1296.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. CONRADUS Dei gratià *Verdensis* Ecclesie Episcopus universis Christi videlibus præsentis literæ inspectoribus sive auditoribus salutem in domino sempiternam. Ne ea, que inter præsentes laudabiliter aguntur, transeant in oblivionem futurorum, expedit, res rationabiliter gestas, scriptis autenticis perennari, Quapropter, scire cupimus, tam natos quam nasciturós, quod cum Jurati, & parochia Ecclesie *Visselhovede*, unum mansum in *Eppenboistolde*, & unam aream in villa *Visselhovede*, jam dicta, in australi parte sitam, à *Hermanno* Domino de *Vesede*, & suis hæredibus, ad luminaria, Ornementa & structuram Ecclesiæ memoratæ, justo emptionis titulo, comparassent, Nos recepta libera resignatione bonorum sepe dictorum, *Hermanni* præfati, qui ea à nobis in pheodo tenuit, proprietatem mansi & areæ sæpius dictorum, Ecclesiæ *Visselhovede* contulimus, perpetuo

possidendum. In cujus nostræ donationis testimonium sigilli nostri appensione præsentem paginam facimus roborari, Hujus rei testes sunt *Johannes* Pastor Ecclesiæ *Visselhovede*, *Henricus* Scriptor noster, Vicarius Ecclesiæ nostræ sacerdotes. *Henricus miles de Bere. Hermannus de Rumelef*, *Olricus*, villicus de *Heldissen*, *Richoldus* vilicus de *Visselhovede*, & *Thitmarus* dictus *Strobart* de *Witthorpe*. Datum *Visselhovedæ* Anno Dni CIϽ. CC. XCVI.

VIII.

FRIDERICVS Episcopus & *Florencius* Praepositus *Verdensis* villam *Meltsinche*, ab *Alberto* Praeposito in *Ebbekesthorpe* emtam, sub ecclesiasticam recipiunt protectionem.

An. 1301.

In nomine domini nostri Jhesu Christi Amen. FRIDERICUS D. G. *Verdensis* Ecclesie Episcopus, *Florencius* Prepositus, decanus & Capitulum ejusdem Ecclesie, universis Christi fidelibus, presentis litere inspectoribus, sive auditoribus salutem in domino sempiternam. Monasteriorum predia Ecclesiastice tuitionis menibus sunt vallanda ne tyrannicis perversorum insaltibus conterantur.

Ad

Ad noticiam igitur venire desideramus, tam presencium quam futurorum, quod cum Honorabilis Vir, *Albertus Prepositus de Ebbekesthorpe*, ut sui Monasterii redditus augmentaret, non sine magno labore & operosa sollicitudine, ab *Elyzabeth*, Relicta quondam *Henrici Militis*, *dicti de Meltsinche*, *Hermanno* dicto *Balch*, genero ipsius, & *Johanne*, fratre ejusdem, Famulis, Tutoribus puerorum & heredum dicti *Henrici*, Villam *Meltsinche* totalem, cum omnibus Juribus suis, quibus ad prescriptum olim pertinebat *Henricum*, emptionis titulo comparatam, Juribus proprietatibus, & possessionibus sui Monasterii perpetuo incorporasset, prout nobis, per Illustris Principis domini *Otthonis*, ducis de *Brunswich* & *Luneborg* literas patentes, venditionis instrumentum, per alias venditorum literas quamquam notorium esset, apertissime demonstravit, nobis humiliter supplicavit, quatenus hujusmodi Sua emptione, nostri consensus & ratihabitionis auctoritate confirmata, prelibatam Villam, sicut alia bona sui Monasteri, nostre & Ecclesiastice defensioni subjicere dignaremur. Nos igitur sepefati Prepositi providentiam in domino commendantes, & suis precibus tanquam rationabilibus benigno favore annuentes, memoratam Villam, cum hominibus & omnibus suis attinenciis, sub nostram & Ecclesiasticam recipimus & recepimus protectionem, statuentes, ut quicumque Prepositum & Monasterium *Ebbeksthorpe* in antedicta Villa, bonis vel Hominibus ipsius, leserit, vel quoquo modo turbave-

baverit; seu quicquam contra ipsius Ville venditionem, perperam attemptaverit, ipso facto excommunicationis sententiam, quam ex nunc, ut ex tunc, in hys scriptis ferimus, se noverit incursurum; quia hujusmodi pena se sepefati venditores, pro se, & suis heredibus voluntarie subjecerunt. In cujus rei testimonium, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum & actum *Verde* Anno domini M. CCC. Primo, Ydus Maji, Pontificatus nostri anno primo.

IX.

ALBERTVS Canonicus *Verdensis* & Archidiaconus in *Scheffe* cedit *Nicholao* Praeposito in *Ebbekestorpe* actionem contra debitores dicti Monasterii.

An. 1315.

Omnibus hoc scriptum visuris, sive audituris. ALBERTUS dei gratia, Canonicus Ecclesie *Verdensis*, & Archidiaconus in *Schesse*, salutem in Domino. Cujusdam pecunie, à quibusdam debitoribus Monasterio *Ebbekestorpe* solvende nobis, cum essemus dicti Monasterii Provisor, exactionem & repetitionem reservaveramus, sed nunc Venerabili viro Domino *Nicholao*, dicti Monaste-

naste-

nasterii Preposito, prefate pecunie cedimus actionem sibi ipsam petendi, & agendi, contra scriptos debitores, nomine suo & monasterii sui, potastatem plenariam largientes, nichil nobis juris in petitione sepefate pecunie reservantes. Debitores, & quantitas debitorum, declarantur per infra scripta. Quondam *Wasmodus* miles, dictus de *Knesbeke*, tenetur soluere Monasterio in *Ebbekestorpe*, quinque marcas, pro expensis filie sue. Quondam *Ghevehardus* Miles dictus de *Monte*, pater *Zeghebandi*, decem marcas, ex parte quondam *Thiderici* Militis, dicti *super valuam de Hitzacker*. Relicta quondam *Eggehardi* militis, dicti de *Boyzenborch*, decem marcas, ex parte ejusdem mariti sui, pro annona empta, & expensis filie sue. *Arnoldus*, Rector Ecclesie in *Cellis* tres marcas argenti Bremensis, pro equo ambulante, sibi vendito. Item *Rodolfus*, dictus de *Salina*, Canonicus Ecclesie *Rameslensis*, duas marcas denariorum Luneburgensium. Item *Jacobus* & *Hermannus* fratres dicti *Nigebur* Ciues in *Ulsen* tenentur solvere domum vnam sibi adductam *Ulsen*, post incendium ejusdem Opidi; nullo certo pretio estimatam. In quorum omnium & singulorum testimonium premissorum, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Verde* Anno Domini M. CCC. XV. quinto. Idus Decembris.

X.

NICOLAI Episcopi *Verdensis* consensus super venditione vnius chorus salis in salina *Lüneborch* in domo Strathusen. 1327.

NICOLAUS Dei gratia *Verdensis* ecclesie Episcopus, omnibus presentia visuris vel audituris, salutem in Domino. Tenore presentium recognoscimus protestantes, quod cum dilecti nobis in Christo religiosi viri Domini Abbas, Prior & Conventus Monasterii Sti. Michaelis in *Luneb.* intendentes comparare decimam in *Rystede* (*) jure perpetuo, de nostro pleno consensu vendiderunt, discreto viro magistro *Dythmaro Schulhop*, *Lubicensis* & *Zwerinensis* ecclesiarum Canonico & sorori ejus *Margarete*, ac *Mechtildi*, dicte *Margarete* filie, unum chorum salis quolibet flumine tollendum in salina *Luneborch* in domo *Strathusen* in sinistra Ghuncpanne in introitu hujus domus, pro trecentis nonaginta marcis denariorum Lubecens. Cum quibus quidem denariis in recom-

(*) Dieser Zehnte ist von den von Grote und Schwerin noch in eben diesen 1327. Jahre erkaufet worden. Siehe Pfeffingers Braunschw. Lüneburg. Historie 1ter Theil S. 759.

compensam predicti chori salis jure hereditario venditi, dicti Abbas, Prior, & Conventus emerunt decimam in *Rystede* memoratam perpendentes itaque premissas, venditionem chori salis, & emptionem decime predicte eidem monasterio esse multipliciter fructuosas. In signum Nostri consensus, sigillo Nostro roboravimus presens scriptum. Datum *Luneb.* Anno Domini M°. CCC. XXVII. Idus Aprilis.

XI.

Fratres de *Thune* resignant Episcopo & capitulo *Verdensi* decimam in *Otzendorp*, quam vendiderunt *Ludolfo* praeposito in *Medinge*.

1332.

Venerabilibus viris ac dominis, Episcopo, Decano, totique *Verdensis* ecclesie Capitulo, *Johannes de Thune* miles, *Thidericus*, *Johannes* & *Olricus*, fratres famuli, quondam filii *Olrici* famuli, fratris ejusdem militis *Johannis*, cum sincero affectu benivolum, ad quevis ipsorum beneplacita, famulatum. Noveritis, quod unanimi consensu omnium nostrorum heredum, presentium & futurorum, vendidimus Honorabili viro, Domino *Ludolfo*

dolfo prepoſito ac toti Conventui ancillarum Chriſti in *Medinge* decimam in *Otzendorpe*, tam majorem quam minutam cum omni jure quo ab Eccleſia *Verdenſi* titulo pheodali poſſedimus perpetuo poſſidendam, prout in litera per nos ſibi tradita, plenius declaratur. Ad veſtram igitur Virum honorabilem Dominum *Ludolfum* Prepoſitum memoratum, ex parte ſui Conventus noſtris litteris deſtinamus preſentiam, humiliter petituri, quatenus jus pheodi, ſiue proprietatis, vel ſi quomodolibet aliter dici poterit ejusdem decime, quod vobis reſignamus, cum actionibus gratiarum in predictum conventum transferre, & jam dicto Prepoſito in partem ſui conventus conferre dignemini perpetuo poſſidendum, taliter efficientes, ut ſepedicti Prepoſitus & conventus preces noſtras ſibi profuiſſe ſentiant quia non aliter. In teſtimonium premiſſorum preſens ſcriptum noſtris ſigillis dedimus communitum. Datum Anno domini M. CCC. XXXII. Feria quinta infra Octavam Epiphanie domini.

XII.

HEINRICI Epiſcopi *Verdenſis* Charta, qua adpropriat Monaſterio in *Ebbekeſtorpe* decimas, maiores & minutas

nutas villarum *Groten Suſtede*, *Arendorpe* & *Veylinge*.

A. 1380.

HENRICUS Dei & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus *Verdenſis* Omnibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris ſalutem in Domino. Significauit nobis dilectus in Chriſto familiaris noſter *Henricus* Prepoſitus monaſterii in *Ebbekeſtorpe* noſtre *Verdenſ.* dioces. quod predeceſſores ſui quondam Prepoſiti dicti Monaſterii pro ſuſtentatione monialium inibi Deo viuentium comparaverint decimas majores & minutas villarum infra ſcriptarum in *Groten Suſtede* in *Arendorpe* & in *Veylinge* dictas decimas redimentes de manu laïcali, ut ſic ad eccleſiam redirent, & quod dictus *Henricus* Prepoſitus in *Ebbekeſtorpe* non reperit Chirographos ſuper adpropriatione & incorporatione dictarum decimarum monaſterio datas, ſupplicavit nobis una cum Priorilla & Conventu dicti Monaſterii, ut ſi non eſſent adpropriate dicto monaſterio, ſub teſtimonio noſtrarum litterarum appropriare & incorporare dicto monaſterio dignaremur. Nos itaque eorum piis & juſtis petitibus favorabiliter inclinati contractum dictarum decimarum de manibus laicorum approbavimus & in his ſcriptis confirmamus dicto Monaſterio prefatas omnes decimas appropriando & incorporando,

perpe-

perpetuo tenendas & possidendas cum omnibus attinentiis cum quibus hactenus possedit pacifice & quiete. Datum *Rodenborch* Anno Dni MCCC LXXX. die Dominica Letare, nostro sub sigillo.

XIII.

CONRADS Bischofs zu *Verden* Brief, worin derselbe bezeuget dass *Beke Schutten* sich aller Ansprache an das Kloster zu *Lune* in Ansehung des Guths zu *Elringe*, begeben, ausser dass sie sich zeitlebens jährlich 2. Wichhimpen Rocken vorbehalten.

1403.

We Her CONRAD, van Godes Gnaden, Bischop to *Verden*, bekennet openbare in dessen Breve, dat vor uns quam *Beke Schutten*, und bekende mit gudem Willen, dat se to Hern *Johanne* Proveste, und to dem Clostere to *Lune*, nene rechte Ansprake en hedde, noch en hebbe van des Gudes Weghen to *Elringe*, dat des Closters to *Lune* is, und dat se dar nymmer upp spreken wel, men dat Gud schal des Closters bli-

bliven; alse der Vorsten Breve van *Luneborg*, und *Bencken Schutten* Breve, dede ere Man was, dat wol utwiset; und dat se dar nene Ansprake und Hinder mer ane don wel, hefft se uns ghelovet to des Closters Hand, in guden Truwen; Doch schal desulve *Beke* beholden twe Wichemten Rogen, alle Jar, de wile se levet, in des Closters Molen bynnen der Stad *Luneborg*, alse des Closters Breve, de desulve *Beke* darupp hefft, dat wol utwiset. Hir hebbet an und over wesen de Ersame Here Mester *Rupert*, Provest to *Ullessen*, und de strenge Her, *Olrik Bere*, Ridder, Tügde vorschrevener Stücke, des we to Tugnisse dessen Breff mit unserm Ingesegle hebbet vorseghelt, de gheven is, to *Luneborg*, na Godes Bort, Verteynhundert Jar, darna in deme dridden Jare, des achten dages Sunte *Michael*.

XIV.

Johan von Honhorst überläßet dem Bischofe zu *Verden*, *Heinrich Edlen von der Hoye* anderthalb Höfe zu *Alstorpe*, ein Haus zu *Sprengele*, den kleinen Zehnten zu *Gilmerdingen* zu *Brun-*

singen

ſingen und zu *Delmeſen* vor 81. Mark Lübſcher Pfenninge.

1415.

Ick *Johan van Honhorſt*, *Johans Sone*, Knape, bekenne und betüge openbare, an deſſem Breve, vor my und vor myne rechte Erven, geboren, offte ungeboren, und vor al den gennen, de deſſen Brief ſen, ofte horen leſen, dat ik hebbe geſat, und ſette noch, an deſſen Breve, an einen rechten ſtede uaſten unvorbrekliken Sate, dem Erwerdigen in Gode Vader und Heren, Hern HINRIK, Edelen *van der Hoyen*, van Godes und des Stoles to *Rome* Gnaden, Biſchop to VERDEN, ofte ſinen Nakomelingen, Biſchopen to Verden, deſſen nabeſcreven Güder und Tegeden, alſo by Namen: Einen Meyer Hof to *Alſtorpe*, dar wandages uppe wonet hadde *Hermen van Beninge*, und enen halven Hoff an demſulven Dorpe, dar wandages uppe wonet hadde de olde *Herman*, eyn Hus to *Sprengele*, dar *Ludeke Wolderick* up getimert hadde, und den luttken Tegeden to *Gilmerdingen*, to *Brunſingen*, und to *Delmeſen*, vor ein und achtentich marck Lubeſcher Penninge, alſo nu tor Tydt ghinge unde gheve ſint, de wy deger und al upgebort hebbe, alſo, dat uns daran genoget... Datum Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo decimo quinto, ipſo die *Philippi* & *Jacobi*, Beatorum Apoſtolorum.

XV.

XV.

OTTONIS Decani & Capituli *Verdensis* Approbatio Testamenti *Harbordi de Mandelslo*, Præpositi *Verdensis*, an. 1472.

Nos OTTO Decanus & Capitulum Ecclesiæ *Verdensis*, publice recognoscimus, coram universis, perpendentes, quod præsens retroscriptum Testamentum, ad preces Venerabilium Virorum, *Nicolai de Mandelslo*, *Hermanni Scuten*, & *Theodorici Nordani*, Testamentariorum inibi expressorum, debite examinavimus, ipsumque rite & canonicè factum & editum, ac debitæ executioni mandatum, invenimus, illudque confirmavimus, nec non tenore præsentium confirmamus, in cujus evidens testimonium, roburque perpetuum nostri Capituli sigillum, una cum piæ recordationis Domini *Harbordi de Mandelslo*, dum vixit, Ecclesiæ nostræ prædictæ Præpositi, Testatoris sigillo, est appensum, Anno à Nativitate Domini 1472. die mercurii, ultima mensis Martii.

In Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate Ejusdem, 1472. Indictione V. die vero mercurii 25. mensis Martii, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini

mini noſtri, Domini *Sixti*, Divina Providentia, Papæ IV. Anno primo, in mei, Notarii Publici, Teſtiumque infra ſcriptorum, ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Venerabilis, & circumſpectus Vir, *Harbordus de Mandelslo*, Præpoſitus Eccleſiæ *Verdenſis*, per gratiam Jeſu Chriſti, mente ſanus, ac integrà fruens ratione, licet corpore aliqualiter debilis, attendens, quamdiu vigeat in corporibus & membris quies, & ratio regit mentem, quandoquidem rationem ſæpe languor adeo obnubilat, ut non ſolum temporalium rerum etiam ſui ipſius, cogat ipſa languoris vehementia oblivisci; beneque intelligens, & perpendens, quod tanta ſit conditio humanæ miſeriæ, qnod ea, quæ hodie videntur ineſſe, cras deduci poſſunt ad non eſſe, ex quo nihil certius eſt morte, & nihil incertius hora mortis, cum, juxta ſententiam Salvatoris, incertum, & hominibus incognitum ſit, quando Dominus veniat; quam obrem omnibus generaliter præceptum eſt: Vigilate; quod animadvertens, & ſæpius in corde revolvens, ideoque cupiens diem extremæ peregrinationis, ordinatione teſtamentaria, prævenire, de bonis ſuis, mobilibus & immobilibus, ac hæreditariis, ſibi a Deo collatis, diſponere, ordinare, & committere, ac animæ ſuæ ſalubriter providere, ne inteſtatus diſcedere videatur: Revocatis igitur, præfatus Dominus *Harbordus* Præpoſitus, omnibus Teſtamentis, ac executoribus eorundem Teſtamentorum, per eum hactenus ordinatis

&

& constitutis, quandam papiram cedulam, clausam suo sigillo ab extra, ut prima facie apparebat, sigillatum Testamentum suum, seu ultimam suam voluntatem, Executoresque ejusdem Testamenti, seu ultimæ voluntatis, ut asseruit, de novo in se continentem, mihi, *Johanni Wisman*, Notario publico infra scripto, ad manus tradidit, petens, & requirens, me, ut sibi dictam papiri cedulam, contentaque in ea, in formam publicam redigerem justam, ipsamque in hujusmodi formam redactam, sui sigilli appensione, munirem, cujus tenor, de verbo ad verbum, sequitur, & est talis.

Ego *Harbordus de Mandelslo*, Præpositus Ecclesiæ *Verdensis*, de Omnipotentis Dei gratia, mentis integer, fruens ratione, licet corpore languens, ne, quoad Testamentum, seu ultimæ meæ voluntatis dispositionem, me forsan contingat morte præveniri, Testamentum meum, seu ultimam meam voluntatem, condo, facio, dispono, & ordino, in meliori forma, cum protestationibus solitis & consuetis, in hunc, qui sequitur, modum. Inprimis enim, cum me ab hac luce decedere contingeret, animâm meam recommendo Omnipotenti Deo, Eiusque intemeratæ Matri, Virgini *Mariæ*, totique Curiæ Civium supernorum; Corpus meum Ecclesiasticæ desiderans tradi sepulturæ, cum decentibus humilibus & devotis, solennitatibus exequiarum, juxta laudabilem consuetudinem in Ecclesia *Verdensi* hactenus observatam; Deinde

C volo,

volo, quod Teſtamentarii mei, ſeu ultimæ voluntatis Executores, infra nominandi, tempore mearum exequiarum, emant unum ſcamen panni griſei, pro veſtitura pauperum & præcipue illorum, quibus, dum vixeram, hebdomadatim, de uno prandio providebam. Volo etiam, quod, ſingulis annis, bis peragatur memoria mea, in Eccleſia prædicta *Verdenſi*, &, qualibet vice, diſtribuantur duo talenta Lubicenſis monete, de omnibus reditibus B. Virginis in Eccleſia *Verdenſi* Vicariarum, per me fundatarum, per Vicarios, pro tempore, earundem, juxta tenorem fundationis Vicariarum prædictarum, & volo, quod Teſtamentarii mei procurent unum lapidem, cum Epitaphio, pro operimento meæ ſepulturæ, quam eligo, & deſidero, ante Altare Vicariarum B. Virginis, & *Petri*, in medio navis Eccleſiæ *Verdenſis*, ubi etiam exequiæ, & annuæ meæ memoriæ, Clero deſcendente de Choro, cum Vigiliis & Miſſis, peragatur, perpetuis temporibus futuris. Poſthæc, diſpono de Legatis, do, lego, deputo & aſſigno, infra ſcripta: *Primo*, ad uſus fabricæ Eccleſiæ Verdenſis trium marcarum reditus Lubicens: per me comparatos, à Nobili Comite, *Ottone de Hoja*, in Curia, dicta *Lohoff*, prope *Dorvorden*, pro 36. marcis Lubicenſibus, juxta effectum literarum, conſecrari diem, ad eandem fabricam, ſex marcarum Lubicenſium reditus, bonæ monetæ, ex victalitio viginti marcarum, quas deputavi cuidam *Bartoldo de Mandelslo, filio Aleken Gruben*, poſtquam idem diem

diem clauserit extremum, & non prius, hæc donatio suum sortiatur effectum, & volo, quod, dicta legatione completa, & suum effectum omnimode sortita, structurarius, pro tempore, Ecclesiæ *Verdensis*, de præfatis reditibus, ordinet & disponat quatuor malmutia, de pellibus agninis, quatuor Senioribus Choralibus Ecclesiæ *Verdensis* prædictæ, quibus in Choro, die noctuque, suis temporibus utantur, & ad innovationem & reformationem eorundem, quocunque usu, aut vetustate, corrosa fuerint, perpetuis temporibus idem structurarius, de donatione prædicta, & reditibus omnibus prænarratis, sit obligatus. Et si supradicti reditus, communiter vel divisim, ab aliquo redimentur, tunc structurarius, de scitu Capituli, studeat alios perpetuos reditus recomparare, usui prædicto applicandos. Item, ad usus fabricæ, novem marcas Lubecenses, per me, à Capitula *Verdensi*, comparatas, in Bonis eorundem prope *Winsen*, pro centum marcis Lubecensibus, *Verdensis* warandiæ, redemptis per me, à *Bernhardo Tolner*, Rectore Parrochialis Ecclesiæ in *Winsen*, prope *Aleram*. Si vero Dominis meis de Capitulo aliquando placuerit, per magistrum Officii albi panis, hebdomatim ministrare panes, juxta antiquam consuetudinem, nunc abolitam, tunc volo, quod hujusmodi reditus novem marcarum deinceps cedant Officio albi panis, quoad usque hujusmodi panes distribuantur; alioquin, quotiens hujusmodi distributio supprimitur, iterum cedant fabricæ.

Item, do & lego ad Vicarias B. Virginis, per me dotatas, decimas meas in *Brakel*, Parochiæ *Honſtede*, majorem & minutam, in *Töbingen* frugum majorem, cum omni Jure, prout eæ à domino meo, Epiſcopo Verdenſi, juxta ſeriem literarum; in Feodum datæ, de quibus Vicarii mei, pro tempore, ſolvant annuatim, quatuor marcas Lubecenſes, bonæ monetæ pro deſponſatione alicujus paupercula honeſtæ Virginis, quæ debent ad ſex marcas, per Vicarios Eccleſiæ ſolvendas, juxta privilegium ipſis à me deſuper ſigillatum. Item volo, quod hujusmodi decem marcæ primorum trium annorum dentur, ad nominationem Domini *Theodorici Nordani*, tribus pauperculis, quas ipſi nominari. Dicti etiam Vicarii B. Virginis ſuperintendant in hujusmodi dotatione, ſi communes Vicarii concordare non poſſunt, & tunc votis communibus Vicariorum B. Virginis ſtetur.

Item, ſolvent etiam, de prænominatis decimis, ſingulis annis, primò, ad memoriam *Bartoldi de Huſſ*, Prædeceſſoris mei, *Bartoldi de Mandelslo*, & *Geſken, Uxoris ejus*, atque Parentum meorum, duas marcas Lubecenſes, ut in Regula Chori Eccleſiæ *Verdenſis*, item 24 marcas Lubecenſes, ad memoriam Domini *Johannis Flogels*, quondam Rectoris; Item, unam marcam Lubecenſem, pro decantatione ſequentiæ: *Jocundare*, ipſo die *Lucæ* Evangeliſtæ; It: octo marcas Lubecenſes Vicariis Eccleſiæ Verdenſis, in ſubſidium vini & panis, pro ſacri-

ſacrificio quotidiano. Item Organiſtæ, ſingulis annis, unum florenum, qui, congruis temporibus, per circulum anni, cantaverit in Organis minoribus, ad primam Miſſam, & inde tamen calcantem ſibi ſtipendiabit. Similiter, unum florenum dent Chorali, qui Miſſam B. Virginis juvat cantare. Item, dent unam marcam Vicariis Eccleſiæ *Verdenſis*, ad vinum & panem, pro ſacrificio, de qua Vicarii duas agant memorias, videlicet *Albeides de Berga*, & *Theodorici Nordani*, in anniverſario uniuſcujusque, octo marcas Verdenſes, more apud eos conſuedo dividendum, & pro defunctis fideliter exorandum.

Item, do, lego, & aſſigno, ad Vicarias B. Virginis memoratas, decimam *Inſulæ*, in Parochia *Sneverdink*, cum omni Jure, uti eam hactenus tenui, & poſſedi, juxta tenores literarum deſuper confectarum, de qua decima ſolvant Vicarii, pro tempore, B. Virgini quatuor marcas *Lubicenſes*, *Verdenſis* monetæ ad Chorum Eccleſiæ *Verdenſis*, ad Feſtum præſentationis, ſive illationis, ſervandum B. Virgini, quod ſervetur in craſtino B. *Catharinæ* Virginis. Item unam marcam Lubicenſem Capitulo & Clero Eccleſiæ *S. Andreæ* Verdenſis, pro commemoratione prædicti Feſti præſentationis. Item, do unam marcam Lubecenſem annuatim, pro memoria mea, in anniverſario meo facienda per eosdem Dominos, cum Vigiliis & Miſſa animarum, ut moris eſt, pro defunctis exorando.

Etiam volo, si prædictæ decimæ in *Brakel*, aut *Töbing*, & *Insulæ*, communiter vel divisim, à quoquam reementur, juxta gratiam Privilegiorum, tunc Vicarii B. Virginis sæpe dicti debent hujusmodi summas capitales sublevare, & in alios reditus æquales convertere, meliori modo, quo hoc fieri potest; quod discretioni conscientiæ eorum recommitto. Et, si prædictæ decimæ, communiter vel divisim, in toto vel in parte, pejorarentur, in annua perceptione, sive reditus, ex prædictis summis cöempti, diminuerentur, quod Dominus misericorditer avertat, tunc Vicariis prædictis pensatæ annuæ distributiones, & administrationes, singulariter, de singulis decimis, seu reditibus, debent, juxta decretum Decani & Capituli Ecclesiæ *Verdensis*, moderari, ita, quod ex hujusmodi administratione in nullo graventur.

Item, do, lego & assigno, decem marcas Lubicenses, ad faciendam memoriam meam annuam, apud Clerum Ecclesiæ *S. Johannis Verdensis*: simili modo, decem marcas Clero *S. Nicolai*; It: quinque marcas, pro augmentandis reditibus, Hospitali apud *S. Nicolaum.* Item, quinque marcas pro reformatione domus leprosorum, apud antiquam urbem. It: viginti marcas Lubicenses, ad structuram Ecclesiæ *Verdensis*, præsertim, pro reformatione fenestrarum.

Item,

Item, do & assigno, Domino meo Gratioso, Avunculo dilecto, duos florenos Renenses, pro memoria. It: Dominis meis de Capitulo Ecclesiæ Verdensis, remitto sexaginta marcas *Lubicenses*, quas habeo in decima *Eimbeke*, & cuilibet eorum residenti do unum florenum Renensem, pro memoria. It: Domino *Nicolao de Mandelslo, Patruo meo*, do scyphum argenteum, Domino *Hermanno Schulten* supellicium sericum, & unam vaccam. It: Domino *Conrado de Lubbeken* unum florenum, & duo molt siliginis, duo molt brasii & quatuor latera lardi, & quatuor plaustra lignorum;

Item, Dn: *Johanni Witersen* unum florenum Renensem;

Item, Dn: *Theodorico Nordano* optimum annulum meum aureum, tres vaccas, duas vigenas ovium, decem latera lardi, quinque molt siliginis & quatuor brasii, omnia ligna cremalia, spondam, in qua dormire soleo, cum velamine depicto, ac singula supellectilia & utensilia domus, ac viginti florenos Renenses, certioribus bonis meis, atque omnia alia, de quibus specialiter non ordinatum fuerit.

Item, *Bartoldo de Mandelslo, filio fratris mei pie defuncti*, do & assigno omnes & singulas pecuniarum summas, ad Bona nostra hæreditaria conversas, à Prædecessoribus nostræ parentelæ impignorata, videlicet Decimas in *Etzensem* totam, in *Bok-*

holte mediam, quam redemi centum quadraginta florenis Renensibus, in *Didessen*, ac *Hukesholt*, ac supra Curiam, dictam *tom Semmelo*, cum omnibus Juribus & pertinentiis suis, uti eas emi, & pacifice possedi, juxta effectum literarum desuper confectarum, ista tamen moderatione adjecta, quod, *si dictus Patruus meus Bartoldus* ante vigesimum primum ætatis suæ completum, absque liberis legitimis masculini sexus, decederet, domino jubente, tunc prædicta legatio quoad *Bartoldum*, & suos hæredes, nullum sortiatur effectum; & ad annos præfatos debent hujusmodi privilegia, sub fideli custodia, apud Testamentarios meos, remanere, qui & tunc, prædicto *Bartoldo* defuncto, & non aliter, de dicta pecunia decimarum plenarie debent disponere, pro salute animæ meæ, prout ipsis videbitur expedire, primò in eventum prædictarum, tunc de prædictarum decimarum pecuniis debent dari Valido Famulo, *Ludolpho de Oldershusen*, *& Gesken*, *matertera meæ*, *ejus uxori*, ducenti floreni Renenses, pro desponsatione unius de filiabus earundem; It: quinquaginta floreni Renenses, pro augmentatione redituum Missæ pro defunctis Vicariorum Ecclesiæ Verdensis; It: centum & quinquaginta floreni Renenses, pro memoria mea, & meorum fratrum, & sororum ac totius meæ parentelæ, servanda in Ecclesia *Verdensi*, in medio Monasterii, post medium annum mei anniversarii, ad quam Clerus *S. Andreæ*, Parrochia-

lis

lis *S. Johannis*, & capellæ *S. Nicolai Verdensis*, debent interesse.

Item, do & assigno *Bartholdo* prædicto, interesse meum, & omne, quod mihi aliquo modo hæreditario competere potest, præsertim, ex reemptione Castri *Alden*; volo etiam, quod Testamentarii mei hujusmodi pecuniarum summas, privilegia, & alia Bona ad Bartholdum spectantia, nemini tradant, nisi certissime constiterit unanimis consensus dictis *Bartholdi*, *Tiderici & Conradi*, *Fratrum de Mandelslo*, *condictorum de Swarten*, & *Theodorici Klenken*, donec *Bartholdus* ad suam venerit adultam ætatem.

Item, do Vicariis Ecclesiæ *Verdensis* viginti florenos Renenses quos habeo, cum *Ottone Spaden*, Præposito in *Bucken*, de quibus emant annuos reditus, de quibus servent memoriam meam & parentelæ meæ, & cuilibet celebranti detur grossus Bremensis; residuum cedat pro vino & pane ad sacrificium.

It: do *matertera mea Gesken*, *Uxori Ludolphi de Oldershusen*, fructus Decimarum *Didessen*, *Hukesholt*, & curiæ *Tom Semelo*, prænotatis singulis annis tollendis, quoad vixerit, post mortem ejus, gaudeat eisdem *Bartholdus*, Patruus meus, & sui hæredes.

It: do *Henrico de Winsen* unum florenum Re-

nensem, unum molt siliginis, unum molt brassii; Domino *Johanni Sutoris*, servitori meo, duo molt siliginis, duo molt ordei, & quatuor latera lardi; *Bernardo*, famulo meo, duodecim marcas Lubicenses; Domino *Harmanno Schonemor* unum molt siliginis; Domino *Johanni Wisman*, unum molt siliginis, Domino *Johanni Wittelo*, unum molt siliginis; *Jordano de Mandelslo*, Camerario, sex molt avenæ, & quatuor latera lardi; *Heineken de Monchusen*, filio *Statii*, sex molt avenæ, & sororibus, cuilibet vigenam ovium, & unum molt siliginis. Cæteri de familia domus meæ apprecientur juxta ratam temporis deserviti, illi saltem, cum quibus de pretio determinato conveni; Juvenes vero, bene vestiti remittantur suis Parentibus, quisque in domum suam.

Ego obligor diversis, & plures mihi obligantur, de quibus non facio mentionem, propter diversitatem, sed illa patebunt in uno speciali Registro, manu mea propria, aut aliena fideli, conscripta, ad quod me refero.

Postquam omnia supradicta, secundum meam voluntatem, realiter, & cum effectu, per Testamentarios meos, infra nominandos, fuerint diligenter ordinata, ubi tamen apparuit, me in aliquo minus bene ordinasse, habeant ipsi potestatem emendandi, pro salute animæ meæ, prout ipsis melius videbitur expedire substantiæ Testamenti minime mutatæ. Unde, ad executionem, dispositio-

stionem, & ordinationem hujusmodi mei Testamenti, seu ultimæ voluntatis, omnibus melioribus modis, via, Jure, & forma, quibus possum & debeo, eligo, ordino, & constituo Testamentarios meos, seu ultimæ voluntatis meæ Executores, Venerabiles, & Honorabiles Dominos: *Nicolaum de Mandelslo*, Seniorem Canonicum Ecclesiæ *Verdensis*, *Hermannum Sculten*, Scholasticum, *Conradum de Lubbeke*, *Baltzarum de Mandelslo*, & *Theodoricum Nordani* Vicarios ejusdem Ecclesiæ, absentes tamque præsentes, & quemlibet eorum in solidum, ad ordinandum & disponendum meum Testamentum, supplicans eos, causa Dei, & pietati, ut hujusmodi onus executionis assumant, & fideliter, ut illis confido, exequantur. Actum *Verdæ*, Feria tertia *Palmarum*, meo sub secreto, præsentibus impresso, Anno autem Domini M.CCCC. LXXII. tali protestatione salva, quod, si hujusmodi Testamentum non valeret Jure Testamenti, valeat saltem Jure Codicillorum, sive cujuslibet ultimæ voluntatis, secundum quod melius subsistere potest, de Jure & consuetudine alias quovis modo. Editum in Curia habitationis, in Camera cubiculari, dicta Domini *Harbordi* Præpositi, Anno, Indictione, die, Mense, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus Dominis Honorabilibus Viris, Dominis *Theodorico de Vecbta*, & *Johanne Winbergen*, perpetuis dictæ Ecclesiæ *Verdensis* testibus, ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Er

Et ego, *Johannes Wisman*, Clericus *Bremensis*, Publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia supra dicti Testamenti, ordinationi, Testamentariorum constitutorum datæ & legatæ assignationi, omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus, interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo præsens publicum Instrumentum, ex tribus foliis cum dimidio contentum, exinde confeci, fideliter scripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, nomine & cognomine meis, solitis & consuetis, signavi, ac præfati Venerabilis Domini, *Harbordi de Mandelslo*, Præpositi & Testatoris, de mandato, ipsius sigilli appensione, corroboravi, in fidem & Testimonium omnium & singulorum supradictorum, rogatus & requisitus.

II.

II.

Einige
Urkunden
das
ausgestorbene adeliche Geschlecht
der
von Boldensele
betreffend.



Vorbericht.

Das ausgestorbene Geschlecht der von Boldensen, oder Boldensele, hat ehedem ansehnliche Güter im Herzogthum Lüneburg besessen. Ihr vornehmster Sitz ist zu Holdensted gewesen, welchen Ort, sie ihr Castellum nennen. S. die folgende Urkunde n. 2.

Der erste aus diesem Geschlechte, so mir bisher vorgekommen, ist Walter von Boldensele, und wird in einem Diplomate D. Wilhelmi de Luneburg. an. 1209. der Stadt Lüneburg ertheilet, als Testis angeführet. Es kommt auch derselbe in einer Urkunde Kaysers Otto des IVten vom

Jahre

Jahre 1212. imgleichen Herzogs Otto von Braunschweig von 1215. nochmals als Zeuge vor. S. Rehtmeiers Braunschw. Lüneb. Chronick p. 452. u. 462. Nachher findet sich Ludolf de Boldeſſen miles, als Teſtis in Diplomate Herzogs Otto von Braunschweig vom Jahr 1241. beym **Pfeffinger** Braunschw. Lüneb. Historie Th. II. S. 956. Sonst trifft man noch verschiedene Urkunden an, worin der von Boldensele Erwehnung geschicht. S. **Grupens** Antiquitat. Hannover. S. 49. **Pfeffingers** Historie Th. I. S. 7. 14. 398. 400. Th. II. S. 606. rc.

Zu welcher Zeit dieses Geschlecht erloschen, vermag ich nicht eigentlich zu sagen, doch ist solches vermuthlich gegen das Ende des 16ten Jahrhunderts geschehen, denn die lezten, wovon ich bisher einige Nachricht gefunden, sind Christoph von Boldensen, dessen unter den Räthen Herzog Franz Otto von Braunschweig und Lüneburg 1556. gedacht wird, s. Rehtmeiers Chronick p. 1372, und Margarete von Boldensen Abbatißin des im Lüneburgischen belegenen Klosters Isenhagen, welche, wie Pfeffinger Th. I. p. 113. an-

anführet, im Jahre 1554. gestorben seyn soll.

Das Wapen der von Boldensen, stellet einen stehenden Löwen vor, wie ich solches an einer Urkunde von 1332 gesehen, mit der Umschrift:

S. Wolteri de Boldensele.

Gegenwärtig treten XIII. dieses Geschlecht angehende Urkunden, ans Licht, als

I. *Conradi* militis de BOLDENSEN & *Werneri* famuli filii ejus Charta, qua vendunt Conuentui ancillarum in *Lune* vnam curiam cum quatuor casis in villa *Thodemannesborg* an. 1318.

II. *Werneri* & *Walteri* fratrum de BOLDENSELE Charta, qua testantur, *Conradum* iuniorem feodum curiae & decimae in *Thodemannesborg* in dotem dedisse *Joh. de Tune* an. 1319.

III. *Wernerus* filius *Conradi* Senioris militis de BOLDENSELE, nec

non *Waltherus*, *Wernerus*, *Otto*, & *Conradus* filii *Conradi* iunioris de BOLDENSELE, donant *Nycolao* Praepoſito & Conuentui Sanctimonialium in *Ebbekeſtorpe*, ius proprietatis in curia *Weſenſtede*. an. 1321.

IV. Charta qua idem *Waltherus* de BOLDENSELE cum fratribus vendunt Praepoſito & Conuentui in *Ebbekeſtorpe* vnam curiam in *Weſenſtede*. an. 1321.

V. Filii *Conradi* iunioris de BOLDENSELE, vendunt *Nycolao* Praepoſito & Conuentui Sanctimonialium in *Ebbekeſtorpe* tres curias deſolatas in villa *Lembeke*. 1322.

VI. *Wernerus* miles ac patrui *Walterus*, *Wernerus*, *Otto* & *Conradus* fratres famuli dicti de BOLDENSELE, donant Monaſterio *Sti. Michaelis* in Caſtro *Luneborg* proprietatem & Pheodum vnius curiae in *Berscampe* a Godfrido milite de *Thune*, emtae. an. 1322.

VII.

VII. *Werneri* militis de BOLDENSELE, Charta qua Coenobio in *Ebbekestorpe* donat bona quaedam vt & sex litones in villa *Lembeke*. an. 1323.

VIII. Charta filiorum *Conradi* iunioris nobilis de BOLDENSELE, qua vendunt Conuentui in *Ebbekestorpe* dimidiam curiam, cum litonibus in *Lembeke*. an. 1323.

IX. *Wernerus*, *Otto* & *Conradus* fratres, filii *Conradi* militis de BOLDENSEN, ac *Walterus* filius *Werneri* famuli praedicti, vendunt *Johanni Volkmar* curiam & casas in villa *Boldessen*. an. 1342.

X. Charta qua *Conradus*, *Wolterus*, *Wernerus* Famuli, *Otto* Canonicus Hildensemensis, & *Volradus* fratres de BOLDENSEN, filii *Werneri*, militis, resignant in forma permutationis, Conuentui Monast. St. *Mauritii* in *Ebbekestorpe* vnam curiam & 2. casas in villa *Boltsen*, pro vna curia in eadem villa sita. an. 1346.

XI. *Conradus* Senior, cum filio *Conrado* & fratre Conrado lusco, atque *Wernero*, *Wolteri* filio de BOLDENSEN, vendunt *Joan. Hoyemann* curiam in *Olstorpe* an. 1389.

XII. *Werner von Boldensen* verkauft wiederkauflich an *Hans von Boldensen*, des langen Werners Sohn, alle seine Güter so er im Luneburgischen gehabt. 1443.

XIII. *Harneyt von Boldensen* Knape, Hansens Sohn, verkaufet dem Convente zu *Ebbekestorpe* 5. Wichhimpen Rocken aus der Mühle zu grossen *Boldensen* und aus einigen andern Hofen daselbst vor 100. Mark Luneborger Weringe. 1466.



I. CON-

✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡

I.

CONRADVS miles de BOLDENSEN & *Wernerus* Famulus, filius eius, vendunt Coenobio in *Lune* bona sua in villa *Thodemannesborg.* an. 1318.

Nos *Conradus*, miles dictus de BOLDENSEN & *Wernerus* famulus filius noster, universis Christi fidelibus, presentia visuris seu audituris, cupimus fore notum, quod unanimi consensu omnium heredum nostrorum legitimorum, vendidimus Domino *Gerlaco* Preposito, Domine *Elyzabeth* Priorisse totique Conventui Ancillarum Christi in *Lune*, bona nostra in villa *Thodemannesborch*, scil. unam curiam cum quatuor casis, que solvunt annuatim tertium dimidium Quadrantem siliginis & quatuor quadrantes avene, duo talenta denariorum (*) solido minus, sedecim pullos & sede-

(*) Durch talenta denariorum werden gemeine Mark verstanden. vid. Lambecius. L. II. Rer. Hamb. in adpendice secunda §. 549. p. 297. vbi: talenta denariorum pro marca denariorum.

ſedecim ſymulas, cum proprietate & omni jure quo nos ipſa absque qualibet contradictione poſſedimus, pro centum marcis denariorum *Hamborgenſium* perpetuis temporibus poſſidenda. Et hoc fide data promiſimus Domino *Gerluco* Prepoſito ſupraſcripto, *Godfrido* de *Odeme*, & *Szeghebando* de *Wythtorpe* militibus quod hec omnia debent inviolabiliter obſervari. Quod nos *Conradus* miles, & *Wernerus* Famulus prenominati, *Johannes* miles dictus de *Bodendyke*, *Walterus* de BOLDENSEN, *Johannes* de *Bodendyke* Famuli ſigillorum noſtrorum appenſionibus proteſtamur. Teſtes ſunt *Otto Magnus*, *Wasmodus Kynt*, *Johannes* de *Tune* milites, *Gerhardus Kynt*, *Johannes Scacko*, Johannes *Grevyngh* Famuli, & quamplures alii fide digni. Datum *Holdenſtede* anno Domini M.CCC. XVIII. In die B. *Mathie* Apoſtoli.

II.

Werneri & *Walteri* fratrum de BOLDENSELE Charta, qua teſtantur patrem *Conradum* Juniorem Feodum curiae & decimae in *Thodemesborg*, in dotem dediſſe Joh. a *Tune*.

1319.

Nos *Wernerus* & *Walterus* fratres dicti de BOLDENSELE recognoſcimus publice in his

his scriptis, quod Dominus *Conradus* Junior quondam Pater noster beate memorie Feodum Curie & decime in *Thodemesborg* Domino *Johanni de Tune* militi, cum sorore nostra in dotem donavit jure hereditario possidendum. Et hoc sigillis nostris duximus protestandum. Datum in nostro *Castello* HOLDENSTEDE, Anno Domini M.CCC. XIX. feria sexta proxima ante *Palmarum*.

III.

Wernerus, filius *Conradi* Senioris, Militis de BOLDENSELE, nec non *Waltherus*, *Wernerus*, *Otto*, *Conradus* Famuli, fratres, filii *Conradi* Junioris, Militis de BOLDENSELE, dant ius proprietatis in Curia *Wesenstede Nicolao* Praeposito & Conventui Sanctimonialium in *Ebbekestorpe*. an. 1321.

In nomine Domini, Amen. Nos *Wernerus* Famulus, *filius Domini Conradi Senioris*, quondam Militis de BOLDENSELE, nec non & *Waltherus*, *Wernerus*, *Otto*, *Conradus*, Famuli fra-

tres *filii* domini *Conradi Junioris*, quondam Militis de BOLDENSELE, ad Cautelam futurorum, recognoſcimus publice per preſentes, quod unanimi voluntate, & de conſenſu omnium heredum noſtrorum quorum intereſt nunc, & intereſſe poterit in futurum, dedimus jus proprietatis, quod habuimus in Curia *Weſenſtede*, quam *Johannes*, dictus *Henninghe*, inhabitat, & quam *Johannes* & *Wernerus*, fratres de *Mirica*, Honorabili Viro, domino *Nycolao* Prepoſito & Conventui Sanctimonialium in *Ebbekeſtorpe*, vendiderunt, & donamus dicto Monaſterio perpetuo libere poſſidendum, nichil juris nobis, nec noſtris heredibus, in ea penitus reſervantes. In cujus rei Teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Actum & datum Anno domini M. CCC. XXI. in die Beate *Agathe*, Virginis ac Martyris.

IV.

Waltherus, *Wernerus*, *Otto*, *Conradus*, Famuli, filii *Conradi* Jun. Militis de BOLDENSELE, compromittente patrueli *Wernero* de BOLDENSELE vendunt vnam cu-

curiam in *Wesenstede* Præposito & Conventui Sanctimonialium in *Ebbekestorpe*. 1321.

In nomine Domini Amen. Nos *Waltherus*, *Wernerus*, *Ottho*, *Conradus* famuli, fratres, *filii domini Conradi Junioris*, fel. mem. quondam Militis de BOLDENSELE, recognoscimus, publice protestantes, quod, de consensu omnium heredum nostrorum, quorum interest nunc, & interesse poterit in futurum vendidimus Honorabili Viro, Domino Preposito & Conventui Sanctimonialium in *Ebbekestorpe*, unam Curiam nostram in *Wesenstede*, quam *Nicolaus* inhabitat, solventem annuatim decem & octo modios siliginis, unum porcum citra meliorem, sextum dimidium solidum denariorum, & unam casam, solventem tres solidos denariorum, cum omni jure, pro triginta duabus marcis, dicto Monasterio perpetuo libere possidendam. Ut igitur premissa à nobis & nostris heredibus inviolabiliter observentur, una cum *patruele nostro*, *Wernero de* BOLDENSELE, promisimus, & presentibus literis promittimus, fide data. In cuius rei testimonium, sigilla nostra, cum sigillo *patruelis nostri*, dicti *Werneri*, presentibus duximus, apponenda. Actum & datum Anno domini M.CCC.XXI. *Valentini* Martiris.

V.

Charta qua filii *Conradi* iunioris de BOLDENSELE vendunt Conventui Sanctimonialium in *Ebbekestorpe* tres curias in villa *Lembeke*.

1322.

In nomine domini Amen. Nos *Woltherus*, *Wernerus*, *Ottho*, *Conradus*, *fratres de* BOLDENSELE, *filii quondam Nobilis Viri*, *domini Conradi Junioris de* BOLDENSELE, tenore presentium recognoscimus protestantes, quod unanimi voluntate & de consensu omnium heredum nostrorum, quorum interest nunc, & interesse poterit in futurum, vendidimus Honorabili Viro, Dn. *Nycolao* Preposito, & Conventui Sanctimonialium in *Ebbekestorpe*, tres Curias nostras desolatas, quas habuimus in Villa *Lembeke*, quarum quelibet duos Wichemten siliginis, & unum porcum, & tres solidos, sed una solvit quatuor solidos, cum jure proprietatis, & cum Advocatia, & cum quolibet alio jure, in campis, silvis, pratis, pascuis, & singulis attinentiis, pro quadraginta sex marcis *Luneburgensium* denariorum, perpetuo libere possidendas, ad warandiam dictorum Bonorum nos firmiter, secundum Juris consuetudinem, & ad removenda omnia obstacula, que in premissis, ex parte nostra & heredum nostrorum, possent quomodolibet eveni-

evenire, nos, fide data, una cum compromissore nostro, obligavimus, & presentibus literis obligamus, *Ullessen* intraturi, cum à dicto domino Preposito requisiti fuerimus, vel à suo Nuntio, post quatuordecim dies, & inde non exituri, nisi singula, que dictum Monasterium in quieta possessione offendere poterant, omnimode fuerint expedita. In cujus rei testimonium, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum & datum, anno Domini M. CCC. XXII. in die B. *Marci* Ewangeliste.

VI.

Wernerus miles ac patrui *Walterus*, *Wernerus*, *Otto*, & *Conradus* fratres famuli de BOLDENSELE donant Monasterio *St. Michaelis* in castro *Luneborg*, feudum & proprietatem vnius curiae in *Berscampe*.

an. 1322.

Nos *Wernerus* miles ac Patrui mei Karissimi, *Walterus*, *Wernerus*, *Otto* & *Conradus* fratres Famuli dicti de BOLDENSELE, Christi fideles, presentia visuros seu audituros, scire cupimus universos, quod conventui monasterii S. *Michaelis* in Castro *Luneborg*, consensu & voluntate omnium heredum nostrorum legitimorum propter

propter Deum ac ſpecialem dilectionem ad idem Clauſtrum diu habitam, & ob beneficium donationis novem marcarum denariorum Luneborgenſium, nobis favorabiliter impenſum, contulimus proprietatem & Pheodum Curie unius in *Berſcampe* quam jam dictus Conventus emit a Domino *Godfrido* milite dicto de *Thune*, que eſt poſita ad dextram manum, cum primo a *Blekede* ipſa villa intratur, eo videlicet jure quo nos, & Progenitores noſtri, hactenus habuimus, perpetuis temporibus libere poſſidendam. Ad hanc autem donationem piam inviolabiliter in perpetuum obſervandam, nos & noſtros heredes preſentes & futuros, eſſe volumus obligatos. In hujus facti evidentiam, ſigilla noſtra preſentibus ſunt affixa. Teſtes hujus rei ſunt: *Seghebandus de Wittorpe*, *Godfridus de Odem*, *Wasmodus Kint*, milites, *Otto de Melbeke*, *Gherardus Kint*, Famuli & alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M.CCC. XXII. in die B. *Viti* Martiris.

VII.

Werneri Militis de BOLDENSELE Charta, qua Coenobio in *Ebbekeſtorpe* donat nonnullas curias, vt & ſex litones in villa *Lembeke*.

A. 1323.

Uni-

Universis Christi fidelibus, presens scriptum intuentibus, vel audientibus, *Wernerus*, Miles de BOLDENSELE, infra scriptam rei memoriam perhennalem. Noveritis, quod vir honorabilis, Dn. *Nycholaus* Prepositus, *Elyzabeth* Priorissa, totusque conventus in *Ebbekestorpe*, divini amoris intuitu, & ob nostrarum precum humillimum interventum, *filiam Nostram*, *Bertham*, ad suum Collegium, & ad Prebendam sui Conventus, receperint. Ne autem tam piam & largam impensionem sine aliquali retributione, quasi ingrati preterire, & ne ipsum Conventum ex amministratione necessariorum jam dicte filie, gravare videamur, libera moti voluntate, dedimus, & presentibus damus, predictis Dn. Preposito, Priorisse ac Cenventui, cum consensu & expressa voluntate omnium heredum nostrorum, unam curiam in *Lembeke*, dictam *Bernardi Woltzinge*, solventem 3. quadrantem siliginis, & unum porcum necrum 4. Sot cruciales; Item, ibidem unam curiam, dictam *Conradi*, solventem unum quadrantem siliginis, & dimidium porcum. Item, in eadem villa *Lembek*, totum quod habemus in Curia *Wicberni*, scilicet censum sex modiorum siliginis, cum Advocatia de aliis attinentiis universis. Preterea dedimus, & presentibus elargimur, supra factis Dn. Preposito, Priorisse & Conventui, quidquid Juris habemus in *Wicberno* jam dicto, & uxore sua, qui ad nos jure pertinent litonico, nec non filios & filias

filias eorum infra ſcriptos, videlicet: *Wicbernum*, *Ludolfum*, *Hyllam* & *Alburghim*, qui ad nos ſolos pertinent, ipſos ſervituti Dn. Prepoſiti, Prioriſſe & Conventus prenarratorum preſentibus ſubiicientes, hujusmodi Curias & litones, pleno jure & proprietatis tytulo, ſepe dictis Dn. Prepoſito, Prioriſſe & Conventui in *Ebbekeſtorpe* aſſignantes, volentes & nichilominus promittimus in hys ſcriptis, fide data, quod contra donationes has, ſubiectionem, aſſignationem, per nos, vel per alios, non veniemus in futurum. In omnium premiſſorum & cujuslibet premiſſi evidentiam, ſigillum noſtrum preſentibus appendentes. Datum Anno Domini 1323. 3 Kal. Julii.

VIII.

Waltherus, *Wernerus*, *Otto* & *Conradus*, filii *Conradi* Junioris nobilis de BOLDENSELE, vendunt Conventui in *Ebbekeſtorpe* dimidiam curiam cum litonibus in villa *Lembeke*.

1323.

Nos *Waltherus*, *Wernerus*, nec non *Otto* & *Conradus*, *fratres*, *dicti de* BOLDENSELE, *filii quondam Conradi Junioris*, *Nobilis de* BOLDENSELE, felicis memorie. Recognoſcimus per preſentes proteſtando, juſte & pure ven-

ven-

ditionis tytulo, Honorabili Viro, Dn. *Nycholao*, Preposito, nec non *Elizabeth* Priorisse, totique Conventui in *Ebbekestorpe*, dimidiam Curiam in Villa *Lembeke*, *Wicberni* nuncupatam, cum censu, Advocacia, ac toto jure, quod in ea habuimus, nos, communi consensu & voluntate nostrum, & nostrorum heredum, ac omnium quorum de Jure intererat, pro viginti marcis denariorum, vendidisse. Preterea protestamur, jam dictis domino Preposito, Priorisse & Conventui, proprietatem ipsius dimidie Curie, & quicquid Juris in *Wicberno* pretacto, & sua uxore, qui ad nos jure litonico pertinebant, habuimus, atque in filiis eorum, videlicet *Frederico*, *Johanne* & *Lucia*, pro eisdem viginti marcis supra positis vendidisse, promittentes, fide data, per presentes, quod plenam super venditione hujusmodi dimidie Curie & proprietatis, ac litonum prenarratorum, quandocunque requisiti fuerimus, prestabimur warandiam. In istorum omnium & singulorum evidentiam, presens scriptum sigillis nostris facimus insigniri. Datum Anno Domini M. CCC. XXIII. Nonas Novembris.

IX.

Werner, *Otto*, *Conradus*, fratres famuli filii *Conradi* Militis de BOLDENSEN ac *Wolterus*, filius *Werneri* Famu-

muli praedicti, vendunt *Johanni Volcmar* curiam & 2. casas in villa *Boldessen.* 1342.

Nos *Wernerus*, & *Otto*, & *Conradus*, *Fratres*, Famuli, *Filii* quondam *Conradi* Militis de BOLDENSEN, ac *Wolterus*, *filius Werneri* Famuli *predicti*, recognoscimus, tenore presentium publice protestando, quod de consensu & voluntate omnium heredum nostrorum legitimorum, quorum interest in presenti, & interesse poterit quomodolibet in futurum, *Johanni Volcmari*, Civi in *Ullessen* & *Lucie* uxori sue, ac eorum veris heredibus, Curiam nostram sitam in villa *Boldessen*, quam *Richardus* inhabitat, & duas casas ibidem ad ipsam pertinentes, cum omnibus juribus, fructibus & proventibus, ad ipsas pertinentibus, quibus ipsas hactenus nostri progenitores, & nos, jure hereditario possedimus, pro octoginta marcis denariorum Luneburgensium, nobis ab eisdem prompte numeratis, vendidimus, jure hereditario perpetue possidendas. Quibus omnibus & singulis, ac aliis quibuscunque, quocunque nomine censeantur, dictas Curiam & casas, ab ipsis, vel ipsorum aliquo, ex quacunque causa, vel titulo, habentibus, plenam warandiam prestabimus, sicut bona propria & hereditaria de Jure & consuetudine debent warandari. Verum, si predicti *Jahannes*, *Lucia* & eorum heredes, vel aliqui alii dicta bona ab ipsis habentes,

ex



ex causa vel titulo quocunque, in dictis bonis impediti vel impetiti fuerint, à nobis, vel nostris heredibus, seu ab aliquo nostri nomine, tempore quocunque, ad disbrigandum dicta bona, & ammovendum impedimentum, vel intrandum Civitatem *Ullessen*, una cum nostris fidejussoribus infrascriptis, videlicet: *Woltero, fratre* nostro; *Conrado*, *Woltero*, *Wernero* & *Ottone* fratribus, *filiis Werneri* quondam Militis, etiam dictis de BOLDENSEN, *Johanne Melcinghe* & *Hinrico Otterslcven*, Famulis, postquam requisiti fuerimus, communiter vel divisim, à dicto *Johanne, Lucia*, heredibus & aliis quibuscunque predictis, infra quindenam dictam requisitionem immediate sequentem, obstagium ibidem faciendo, inde nequaquam egressuri, donec dicta bona fuerint disbrigata totaliter, erimus firmiter obligati. Que omnia & singula, una cum Compromissoribus nostris predictis, dicto *Johanni*, & *Lucie*, &c, ad manus eorundem, *Hermanno Nyebur*, & *Nicolao* de *Luneborch*, Clericis, *Bernardo Vilteringho* & *Johanni Protzen*, Civibus ibidem, in solidum, fide manuali prestita, promisimus & promittimus in hys scriptis, nos firmiter servaturos. In cujus rei testimonium, nostra & Compromissorum nostrorum sigilla presentibus sunt appensa; & nos: *Wolterus, frater antedictorum Famulorum, scil: Werneri, Ottonis & Conradi; Conradus Wolterus, Wernerus & Otto, Patrui ipsorum, dicti de* BOLDENSEN; *Johannes de Melcinghe*, & *Henricus Ottersleve*, Famuli, sepedictorum Famulorum Compromissores, in signum compromissionis

nis per nos facte, & observantie omnium ſingulorum promiſſorum, etiam ſigilla noſtra, cum ſigillis ipſorum, preſentibus duximus apponenda. Datum *Ullesſen*, anno Domini M.CCC. XLII. in craſtino *Luce* Ewangeliſte.

X.

Charta, qua *Conradus*, *Wolterus*, *Wernerus* Famuli, ac *Otto* Canonicus *Hildenſemenſis*, & *Volradus fratres* de BOLDENSEN, Filii Dn. *Werneri* militis, reſignant in forma permutationis, Conuentui Monaſt. Sti. *Mauritii* in *Ebbekeſtorpe* curiam & duas caſas in villa *Boltſen* pro vna curia in eadem villa ſita. an. 1346.

In nomine Domini, Amen. Nos *Conradus*, *Wolterus* & *Wernerus* Famuli, ac *Otto*, Canonicus Hildenſemenſis Ecclefie, & *Volradus*, Fratres de *Boldenſen*, *Filii Domini Werneri*, quondam Militis *de Boldenſen*, recognoſcimus tenore preſentium, publice proteſtando, quod, de conſenſu & voluntate omnium heredum noſtrorum legitimorum, quorum intereſt in preſenti, & intereſſe poterit quomodolibet in futurum, reſignavimus, in forma permutationis, Honorabili Viro, Domino *Henrico* Prepoſito, ac Conventui Monaſterii Sancti *Mauricii* in *Ebbekeſtorpe*, Curiam noſtram, ſitam in villa *Boltſen*, quam *Richar-*

chardus inhabitat, & duas Casas ibidem, ad ipsam pertinentes, solventem tres marcas Luneborgensium denariorum, & novem modos siliginis, cum omnibus aliis Juribus, fructibus, & proventibus, quibus ipsas hactenus nostri progenitores, & nos, jure hereditario possedimus, pro una Curia ejusdem Monasterii, in eadem villa sita, quam *Dibbe* vidua inhabitat, cum omni Jure, sicut ipsum Monasterium hactenus possedit, jure hereditario, nobis, nostrisque veris heredibus, similiter jure hereditario, perpetue possidendam. Et cum utriusque Curie census non sit similis, nec fructuum commoditas & utilitas, dictus Honorabilis Propositus, ex parte sui Monasterii, nobis in supplementum premisse permutationis, quadraginta marcas Luneborgensium denariorum numerate pecunie erogavit. Nosque dicto Honorabili Preposito, ac Monasterio in *Ebbekestorpe* supradicto, plenam warandiam prestabimus, sicut bona propria & hereditaria, de jure & consuetudine, debent warandari. Verum si sepedictus Honorabilis Prepositus, & Monasterium antedictum, in dictis Bonis inpediti vel inpetiti fuerint; à Nobis, vel nostris heredibus, seu ab aliquo Nostri nomine, tempore quocunque ad disbrigandum dicta Bona, & ammovendum impedimentum, vel intrandum Civitatem *Ullessen*, una cum Nostris fidejussoribus infra scriptis, videlicet *Wernero*, *Ottone* & *Conrado*, Fratribus, Famulis, & Patruelibus nostris *filiis quondam Conradi*, Militis, dictis *de Boldensen*, postquam requisiti fuerimus,

communiter vel divisim, à Preposito, qui pro tempore prefuerit Monasterio supradicto, infra quindenam, dictam requisitionem immediate sequentem, obstagium ibidem faciendo, nostris laboribus & expensis, inde nequaquam egressuri, donec dicta Bona fuerint disbrigata totaliter, erimus firmiter obligati. Que omnia & singula, una cum Compromissoribus nostris predictis, in solidum, fide manuali prestita, promisimus, & promittimus, in hys scriptis, nos firmiter servaturos. In cujus rei testimonium, nostra, & Compromissorum nostrorum sigilla, presentibus sunt appensa. Et nos, *Wernerus*, *Otto* & *Conradus*, Fratres & Famuli supradicti, Compromissores supradictorum Famulorum, patruelium nostrorum, in signum compromissionis per nos facte, & observantie omnium & singulorum premissorum, etiam sigilla nostra, cum sigillis ipsorum, presentibus duximus apponenda. Datum *Ebbekestorpe*, Anno Domini M. CCC. XLVI. in Octava Nativitatis Sancte *Marie* Virginis.

XI.

Conradus Sen. cum filio Conrado, & fratre *Conrado* lusco; atque *Wernero*, *Wolteri* filio de *Boldensen* vendunt *Joh. Hoyemann* curiam in *Olstorpe* 1389.

We, *Olde Cord*, unde *Cord*, *dessulven Cordes Sone*, Sakewolden; *Schele Cord*, des vorschre-

schrevenen *Olden Cordes Broder*, unde *Werner*, *Wolters Sone*, Medelovers, alle gheheten *van* BOLDENSEN, bekennet openbare in dessem Breve, vor alsweme, dat we, mid gudem Willen unde Vulbort alle unser Erven, hebben verkoft, unde in de were ghelaten, to enem rechten Ervekope, *Hanse Hoyemanne*, Borghere to Luneborgh, und sinen Erven, unsen Hoff in deme Dorpe *to Olstorpe*, den uns anfallen mach, na deme Dode *Dyderikes* Wedewe *van dem Berghe*, des Hoves, mid alleme Rechte unde Tobehoringhe, schal unde nach *Hans Hoyeman*, unde sine Erven, na der vorschrevenen Wedewen dode, bruken unde mechtich wesen, to ewigen Tyden, mede to donde, und to latende, wat se willen, und we ne beholden uns, noch unsen Erven, dar nenerleye Recht, Anwardinghe, edder Ansprake mer ane. Unde we schollen unde willen em des Hoves, mid Voghedie, mid alleme Rechte unde Tobehoringhe, rechte warende wesen, vor allen denjennen, de dar wes mid Rechte upsaken moghen. Den vorbenomden Hoff hebbe we ghentzliken vorlaten vor Hern *Olrike van Bervelde*, Abbete to Sunte Michaele to Luneborg, de en recht Len-Here darto is. Alle desse vorschrevenen Stücke love we vorbenomden *Olde Cord*, und *Cord, dessulven Cordes Sone*, Sakewolden; *Schele Cord dessulven Olden Cordes Broder*, und *Werner*, *Wolters Sone*, Medelovers, alle gheheten *van Bodendike*, (a) vor

(a) Dieses ist vermuthlich verschrieben, u. soll Boldensen heissen, wie nicht allein oben, sondern auch aus den Sigillis zu sehen.

vor uns, unde unse Erven, mid ener samenden Hant, in guden Truwen, deme vorbenomden *Hanse Hoyemanne*, sinen Erven, unde deme jennen, de dessen Breff heft mid sinem Willen, stede, vast unde unvorbroken to holdende, sunder jenigerleye Hindernisse, Helperede edder Arghelist. To ener groteren Betuchnisse, so hebbe we unse Ingesegele witliken gehenget to dessem Breve. Gheven, na Godes Bort, dritteynhundert Jar, darna in dem Neghen unde Achtentigesten Jare, in sunte Michaëlis Avende des Hilghen Enghelis.

XII.

Wernerus de BOLDENSEN Conradi lusci filius, vendit *Johanni* de BOLDENSEN *Werneri* longi filio omnia sua bona in Ducatu *Luneburgico*, sub pacto retrovenditionis. an. 1443.

Ik *Werner von Boldensen, Shele Curdes Sone*, bekenne und betuge, mid mynenErven openbare in dussem Breve, vor als weme, de en seen, eddir horen lesen, dat ik, mid berademe mode, und mid gudeme willen alle myner Erven, de nu sind, unde noch to komen mogen, hebbe vorkofft, unnd vorkope, laten unnd vorlate, to eneme rechten ewigen Ervekope in unnd mid Crafft dusses Breves, *Hanse van Boldensen*, *Lange Werners Sonen*, myneme Foddern, sinen Erven, unde deme Hebere dusses Breves, alle myn

Erve-

Erve-Hud, Leenware, Geyſtlik unde Werlik, unde allerleye Angeval myner Guder, geyſtliker unde werliker, wur ik dat in deme Lande to Luneborg hebbe, eddir gehad hebbe, id ſy los, eddir vorſett, wuſte eddir beſett, wur ik dat hebbe, unde wes ute ſteyt, vorſett, unde vorkofft is, dat to loſende ſteyt, dat he, unde ſyne Erven, dat weddir kopen unde loſen mogen, id ſy to *Hendenſee* uppe deme Slote, van deme Slote, in deme Dorppe, butten deme Dorppe, unde wur ik dat hebbe, nichtes ute benompt, belegen in watte Dorppen, eddir Stede dat belegen ſy, in Ackere, in Holten, in Wiſſchen, in Velden, in Weyden unde in Huſen, wo men dat benomen mach, vrig, quid, ledich unde los, nichtes ute benommpt, unde mik, unde mynen Erven, dar nichtes mér ane to beholdende, noch na duſſene dage, to ewigen Tyden mer na tovragende. Hürmede ſo hebbe ik eme vorbod unde vorbeterd, ſodane Toſage unde Unwillen, den he to mik hadde, unde ik eme plegen was, ſo, dat alle unſe Unwille ſchal bylecht weſen, unde en gud Sone ſin, unde weret, dat, na mynem dode, ſodane erſcreven Gud, van *Hanſe* myneme Fodderen, unde ſynen Erven, eddir Hebbere duſſes Breves, wy weddir kopen unde loſen wolden, de dar van ervetales neger were, wen de erſcreven *Hanſe* myneme Fodderen, unde ſynen Erven, eddir deme Hebbere duſſes Breves, geven, darna wen ik ſe van dodes wegene vorvallen were, achtehundert Lubeſſche Mark Penninge, Luneborger weringe, in allen veer hilgen Dagen, to Winachten, deſt ſee en dat in den veer hilgen Dagen to Paſchen dor bevoren, dat vorkundigen unde witlick don. Wered ok, dat de ergenomte *Hans*, myn Foddere, unde ſyne Erven, unde *Wolter*, *myn Bruder*, unde ſyne Erven, under ſyk ſchuldinge eddir Toſage, eyn to deme anderen hedde, na Utwiſinge erer beyder Breven, dat en ſchal en, noch eren Erven, in duſſeme Breve nergen ane hindern noch ſchaden - - - na Godes Bord, veerteynhundert Jar, darna in deme dre unde veertigeſten Jare, in unſer leven Frouwen Dage to Lichtmiſſen.

XIII.

Harneyt von BOLDENSEN *Hanſens* Sohn, verkaufet dem Convente zu *Ebbekeſtorpe* 5. Wichimpen

pen Rocken aus der Muhle zu grossen *Boldensen* und aus 3. andern Höfen daselbst, vor hundert mark *Luneborger* Weringe. 1466.

Ik *Harneyt van* BOLDENSEN, knape, *Hanses van* BOLDENSEN zeligen *Sone*, bekenne oppenbare, in dusseme Breve, vor my, myne Erve, und alzweme, dat ik vorkofft hebbe, und vorkope jegenwerdygen, in Macht dusses sulven Breves, deme Proveste, Priorinne, und gantzen Konvente to *Ebbekestorpe*, eren Nakomelingen, und deme Hebbere dusses Breves myt ereme guden Willen, viff Wichimpten Roggen jarlikes Tinsses, uthe dussen nabescrevenen mynen Hoven und Goderen, nomtleken, twe Wichimpten Roggen uthe der Molen to Groten *Boldensen*; eynen Wichimpten Roggen darsulves, uthe *Ellenbarges* Hove; eynen Wichimpten Roggen uthe *Szeyneken* Hove darsulves, und eynen Wichimpten Roggen ter oc uthe Gerverdess Hove, myt allerleyge Rechte, alze ik de beseten hebbe, wente herto, vor Hundert Mark Luneborger Weringe, de my wol ternoge betalt sin --- Unde wy *Werner van Bodendike*, *Segebant van Estorpe*, *Johan Hös*, und *Borchart Appelle*, bekennen openbare in dussem sulven Breve, dat wy gelovet hebben, und loven jegenwordigen, myt eyner samden Hant, dem Proveste, Priorinne, und gantzen Samelinge to *Ebbekestorpe*, eren Nakomelingen und dem Hebbere dusses Breves, myt ereme guden Willen, vor *Herneyde van Boldensen*, und sine Erven, in dusser wise, wer et, dat en an der Betalinge der viff Wichimpten Roggen utte den vorgerorden Hoven, und Gude, na Inholde dusses Breves, jenigh Gebrock scheghe, dat wy dat unvortogert vorvullen willen, binnen den ersten verteynachten darna, wan wy dar ersten van en, myt Boden effte breven, in unse Hus, effte jegenwordigen umme gemanet werden, unser neyn uppe den anderen to beydende. Des to Bekantnisse, hebben ik *Herneyt* Sakewolde, vor my, und myne Erven, und wy Borgen vorgescreven, vor uns, unse Ingesegelle alle wytlicken an dussen Breff gehenget, na Cristi Ghebort, unses Heren, verteynhundert und dare na in deme sosse und sostigesten Jare, am Donredage na des Hilgen Nygen Jares Dage.